ras que de ſuſo diximos en eſta ley, quel pueden dezir las gentes Tyrano, e tornarſe el Señorio, que era derecho, en torticero, (7) aſsi como dixo Ariſtoteles, (8) en el libro que fabla del Regimiento de las Cibdades, e de los Reynos.

LEY XI.

Quales ſon los otros grandes, e honrrados Señores, que non ſon Emperadores, nin Reyes.

PRincipes, Duques, Condes, Marqueſes, Juges, Vizcondes, ſon llamados los otros Señores, de que fablamos de ſuſo, que han honrra de Señorio, por heredamiento. E Principe, (1) fue llamado antiguamente el Emperador de Roma, porque en el ſe començo el Señorio del Imperio, e es nome general, (2) que dizen a los Reyes; pero en algunas tierras es nome de Señorio ſeñalado, (3) aſsi como en Alemania, (4) e en la Morea, (5) e en Antiochia, e en la Pulla: e otros Señorios non acoſtumbraron llamar por eſte nome, ſi non eſtos ſobredichos. E Duque (6) tanto quiere dezir, como Cabdillo guiador de hueſte, que tomo eſte oficio antiguamente de mano del Emperador. E por eſte oficio, que era mucho honrrado, heredaron los Emperadores, a los que los tenian, de grandes tierras, que ſon agora llamados Ducados, e ſon por ellas vaſſallos del Imperio. E Conde (7) tanto quiere dezir, como compañero, que acompaña cotidianamente al Emperador, o al Rey, faziendole ſerui-

(7) *En torticero.* Iſte tamen minus proprie dicitur tyrannus, ut patet *in cap. neque enim 14. quæſt. 5.* & tradit Bar. *in dict. tract. de tyrannia, colum. 5. in fin.* adde Bal. *in leg. eam quam, colum. 6. C. de fideicom.* referentem Ariſt. (ut hic) quod malus Rex tyrannus fit, & Senec. *in Epiſtol. ad Lucillum 114. Epiſtol. circa fin. d.* bonus Rex, honeſta intuetur, ſalutem commiſsi corporis curat, nihil imperat turpe, nihil ſordidum, ubi vero impotens, cupidus delicatus eſt, tranſit in nomen deteſtabile ac durum, & fit tyrannus, & ut etiam tradit Alber. *in leg. decernimus, C. de ſacroſan. eccleſ.* tyrannus eſt, qui ſolum proprium inſpiciens commodum, nihil actum putat, niſi leges evacuet, vel populum ſubjiciat ſervituti, & an talem Regem per ſuas injuſtitias intolerabiles, ut facientem tyrannica ſubditi poſsint expellere? Bald. *in leg. ex hoc jure, colum. 2. ff. de juſt. & jur. 1. arguit,* quod ſic tandem, dicit contrarium eſſe verum, & quod ſi de facto expellant non amittit dignitatem ſuam, Bald. tamen *in princip. ff. vete. colum. 6.* velle videtur, quod ſubditi poſsint ei denegare obedientiam, & ſervitutem, ex quo ipſe non impendit eis officii debitum, & vide, quod in ſimili dicit gloſſ. *in cap. cum beatus, 45. diſtin.* neque poteſt talis Rex, qui jure ſucceſsit in Regno, & ſi in regiminis modo limites juris, & rationis excedat, à privato occidi, ut tradit Alphonſus á Caſt. *in lib. de hæredibus, verſ. tyrannus,* ubi etiam dicit, quod hæreticum eſſet aſſerere id licere.

(8) *Ariſtoteles.* Vide 8. *ethicorum, cap.* 10. ubi quod Rex qui utilitates ſuorum non curat, potius eſt tyrannus, quàm Rex, & quod Rex pravus, tyrannus fit, tradit etiam S. Thom. 1. *lib. de regim. princ. cap.* 1. quod Rex qui ſua commoda ex regimine quærit, non autem bonum multitudinis ſibi ſubjectæ, talis rector tyrannus vocatur nomine à fortitudine derivato, ſcilicet quia per potentiam opprimit, non per juſtitiam regit.

LEX XI.

Principis nomen eſt generale regum, in aliquibus tamen locis nomen eſt certi dominii ſigillatim, veluti in Alemania, Antiochia, Morea, & Apulia, dux dicitur habens officium ducendi exercitum, & aſſumptum fuit, antiquitus hoc officium à manu imperatoris datæ, quæ ſunt talibus officialibus magnæ terræ ab Imperatoribus, quæ hodie dicuntur ducatus, propter quas Duces illi ſunt vaſſalli imperii, Comes dicitur, qui comitatur continue imperatorem, vel Regem cum exhibitione alicujus ſervitii: quorum aliqui comites palatini dicuntur, eo quod in palatio comitabantur, & ſerviebant, terræ his datæ comitatus dicuntur, Marchio dicitur dominus alicujus terræ poſitæ in confinibus regnorum, juge dicitur quaſi judex, & hoc nomine ſunt conſueti nominari, quatuor dominantes in Sardinia, Vicecomes dicitur, qui gerit vicem comitis. Hoc dicit.

(1) *Principe.* Duo ſunt ſupremi Principes Papa, & Imperator, Bald. *in l. 1. colum. 2. ff. de conſtit. princip.* & Princeps terræ græco eloquio *Bagireus* dicitur, quaſi baſis populi, eo quod ſubditorum onera portat, ſecundum S. Gregor. *lib. 9. moralium, cap.* 13. adde *leg. 1. ff. de conſtit. princ. §. ſed quod princ. inſtit. de jur. natur. gent. vel civili.* & dicebat Petrus Antiboli, *in ſuo tractat. de muneribus, §. 4. num. 97. verſ. tenetur autem quilibet,* quod nullus Rex quantumcunque magnus, nullus comes, nullus marchio, nullus delphinus, neque multi qui hodie nominantur Principes, non ſunt Principes, & ſolus Imperator dicitur Princeps, tu dic, *ut in iſta leg. habetur.*

(2) *Nome general.* Scriptura etiam ſæpius hoc nomen extendit ad omne genus dominii, & præcipue nobilis: ad cujus ſimilitudinem quidam ordo Angelorum vocatur principatus, quia dominantur toti provinciæ: unde in Daniele, *cap. 11. verſ.* ſcribitur Princeps perſarum reſtitit mihi viginti uno diebus Joſeph etiam qui erat ſecundus à Rege Ægypti ſe Principem vocat, ſecundum quod tradit S. Thom. *lib. 3. de regim. princip. cap.* 21.

(3) *Señalado.* Iſti ſecundum quod refert S. Thom. *lib. 3. de regim. princ. cap. pen.* ſunt domini provinciarum quaſi primum locum tenentes ſub regali, vel Imperiali dominio, unde & dominantur baronibus comitibus, ut in theutonia, & regno Siciliæ patet.

(4) *En Alemania.* Iſti ſunt quaſi Reges, ut dicit Bal. *in leg. fin. C. de teſtam. milit.* & gloſſ. *in Clement. 1. de baptiſ. in verb. regum.*

(5) *Morea.* Hic eſt principatus Achajæ de quo per gloſſ. *in dict. Clement. 1. de baptiſ.*

(6) *E duque.* Vide *in lib. feudorum,* quis dicatur dux, marchio, comes, *& in leg. 2. C. de offic. præfect. prætor. afri.* & nota quod Duces à ducatu populi dicti ſunt: ſed præcipue in caſtris, eſt enim ipſorum officium exercitum ducere, dirigere, & ipſum inpugna præire: unde cum filii Iſrael impugnarentur à chananeis, quæſierunt à ſe invicem, ut ſcribitur *in lib. Judicum, cap.* 1. quis aſcendet ante nos contra chananeum, & quis erit Dux belli: & hoc nomen tali rectori proprie convenit propter difficultatem negotii, quando quis eſt impugna, unde ab excellentia regiminis congruiſsime dux vocatur: qua ratione Joſue quia pugnabit bella domini, ſic vocatus eſt, ut teſtificatur de illo, ille egregius Princeps Matathias 1. *lib. Machab. cap.* 2. hæc tradit S. Thom. *lib. 3. de regim. princ. cap. pen.* ſic de Chriſto dicitur Pſalm. 79. *verſ.* 20. *Dux itineris fuiſti, &c.* & nota, quod licet Dux, cum exercitu reſideat in territorio alieno, poteſt punire delinquentes, ſecundum Bald. *in leg. præſes 2. ff. de offic. præſid.*

(7) *Conde.* De iſtis etiam vide *in dict. cap. quis dicatur Dux, marchio, comes, &c.* & iſtud nomen fuit aſſumptum, primo à populo Romano, poſt exactos Reges, eligebant enim ſingulis annis, ut tradit B. Iſidorus *lib.* 11.

uicio ſeñalado: e algunos Condes auia a que llamauan Palatinos, que mueſtra tanto, como Condes de Palacio, (8) porque en aquel logar los acompañauan, e les fazian ſeruicio continuamente: e los heredamientos que fueron dados a eſtos Oficiales, ſon llamados Condados. E Marques (9) tanto quiere dezir, como Señor de alguna gran tierra, que eſta en comarca de Reynos. E Juge (10) tanto quiere dezir, como Judgador: e non acoſtumbraron llamar eſte nome a ningund Señor, fueras ende a los quatro Señores, que judgan, e ſeñorean en Sardeña. E Vizconde tanto quiere dezir, como Oficial que tiene lugar de Conde.

LEY XII.

Que poder han los Señores ſobredichos, que han el Señorio de las tierras por heredamiento.

POr heredamiento (1) han Señorio, los Principes, e los Duques, e los otros grandes Señores, de que fablamos en la ley ante deſta. E conuino que fueſſen, por eſta razon: porque el Emperador, e el Rey, maguer ſean granados Señores, non pueden fazer cada vno dellos mas que vn ome; porque fue meneſter que ouieſſe en ſu Corte omes honrrados, que le ſiruieſſen, e de quien ſe gouernaſſen las gentes, e tuuieſſen ſus lugares, en aquellas coſas, que ellos ouieſſen de ver por mandado dellos. E ha poderio cada vno dellos en ſu tierra, en fazer juſticia, e en todas las otras coſas, que han ramo de Señorio, ſegund dizen los priuilegios, (2) que ellos han de los Emperadores, e de los Reyes, que les dieron primeramente el Señorio de la tierra, o ſegund la antigua coſtumbre, (3) que vſaron de luengo tiempo; fueras ende que non pueden (4) le-

Leyes del tit. 3. lib. 6. Ord.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

Lex 12. Castillo lib. 3. cap. 19. nº 130.

11. *etymologiarum,* duos conſules, quorum unus militaret: alter vero rem adminiſtrabat civilem, & iſti duo conſules primo vocati ſunt comites, à commeando ſimul per veram concordiam: unde aucta fuit reſpublica, ut tradit Saluſtius de bello Jugurthino, proceſſu vero temporis iſtud nomen abolitum eſt à Romano regimine, & tranſlatum eſt ad ſtatum aliquem dignitatis ſub regibus, & Imperatoribus deputatum: unde dicuntur comites à commitando: quia ipſorum officium eſt præcipue reges, & Imperatores ſequi in rebus bellicis: vel in quacunque re militari, & in aliis quibuſcunque gerendis pro totius Regni utilitate, ut dicit S. Thom. *lib. 3. de regim. princ. cap.* 21. adde quod habemus, *C. de archiad. & comit. ſacr. pala. lib.* 12. & ille proprie dicitur comes, qui eſt inveſtitus de comitatu, qui vero eſt ſine comitatu abuſive dicitur comes, ut ſunt comites palatini, qui creant tabelliones, & dant tutores ex privilegio Principis, juxta not. per gloſſ. *in leg. 1. ff. de tutori.* dat ab his, ſecundum Bal. *in cap. 1. quis dicatur dux, marchio, comes, &c.*

(8) *Condes de palacio.* Iſti quando ſunt ſine comitatu abuſive dicuntur comites, Bal. *in dict. cap. quis dicatur Dux, Marchio.* & adde Abb. *in cap. legebatur, de major. & obedien.*

(9) *E marques* Vid. *in dict. cap.* 1. ubi Andr. de Iſer. dicit, quod marchia quaſi Marea, eo quod juxta mare plurimum eſt expoſita: aliter exponit S. Thom. *in opuſcul. de regim. princ. lib. 3. cap.* 21. ſ. quod iſtud nomen dignitatis comitatui æquipollet, ſed hoc nomen ſortitur à ſeveritate juſtitiæ: dicitur enim marchio à marcha, quod eſt ſingulare divitum, pondus per quod ſignificatur directa, & rigida juſtitia, & communiter hoc apparet: quia communiter iſta dignitas reperitur in locis montuoſis, & aſperis, vel in provinciis laſcivis, quorum utrumque genus: rigore juſtitię conſervatur, hic tradit S. Thom. *dict. lib. 3. de regim. princ. cap.* 21.

(10) *Juge.* Judex quaſi jus populo dicens.

LEX XII.

Principatus, & dominia terrarum, ſeu provinciarum deferuntur ſucceſsione illis, de quibus *ſupra leg. proxima,* his competit juriſdictio, & alia concernentia dominium, ſecundum quod continetur in privilegiis conceſsionum Regum, vel Imperatorum, ſeu juxta antiquam conſuetudinem, non tamen poſſunt legitimare, neque novam legem aut forum condere ſine populi aſcenſu, in aliis vero uti debent ſua poteſtate recte in ſuis dominiis, ſicut dictum eſt debere fieri per Imperatores, vel Reges. Hoc dicit.

(1) *Heredamiento.* Innuit iſta lex, quod dignitas ducatus, marchionatus, comitatus, tranſeat ad hæredes: & videtur obſtare, *cap. 1. de feud. marchi.* ubi habetur quod hæres non ſuccedit in tali dignitate. Ad idem eſt *leg. 6. tit. 26. par. 4.* ſed videtur quod iſta lex loquitur, quando conceditur marchionatus, vel ducatus reſpectu territorii, & rerum immobilium, contraria loquuntur, quando daretur dignitas, ut adminiſtratio officii, ut declarat Andr. de Iſer. *in dict. cap. 1. de feud. marcb.* & ex hoc infertur, quod quando Rex donat alicui villam, ſeu oppidum cum ſuo territorio, faciendo eum comitem, vel ducem, eo ipſo videtur conſtitui majoria: ut ſic jure, & titulo majoriæ ſuccedatur, quod etiam probatur *in §. præterea ducatus, de probib. feud. alien.* per Federic. & expreſſe ſentit Abb. *in cap. prudentiam, in fin. princ. de offic. delega.* cum extendit illum §. qui hoc probat etiam ad bona non feudalia; videatis tamen Roderic. Suarez, qui late iſtam materiam voluit explicare *in repet. leg. quoniam in prioribus, C. de inof. teſtam. in 11. limitatione,* in informatione ibi poſita ſuper comitatu de Valentia: & quia etiam ſuper eodem comitatu credo litem eſſe ſub judice: & quia in ea ego fui judex in regali auditorio, ulterius non inſiſto, & adverte, quod comitatu, vel ducatu cum territorio per Principem conceſſo pro ſe, & hæredibus non intelligetur de extraneis hæredibus: ſed tantum de filiis, per text. *in cap. unico, de alien. feud.* & ibi Bald. *in 8. notabil.*

(2) *Segund los priuilegios.* Innuit iſta lex, quod ceſſante privilegio, vel conſuetudine, & ſi Rex concederet aliquam terram titulo ducatus, comitatus, vel marchionatus, non tamen intelligeretur eſſe conceſſa juriſdictio: niſi hoc expreſſe diceretur in privilegio, & forte ex hac leg. habuit ortum diſpoſitio, l. domini Regis Alphonſi, quæ eſt *lib. 5. tit. 9. leg. 2. in ordin. regali.* quidquid in hoc eſſet de jure communi, juxta not. *in §. præterea ducatus, de probib. feud. alien* per Federic. *& in leg. 1. §. cum urbem, ff. de offic. præfect. urbis,* & quæ adducit Specul. & ibi Joan. Andr. *in addit. in tit. de juriſdict. omn. judic. verſ. quæ autem meri imperii ſunt,* & per Andr. de Iſer. *in §. pen. dict. tit. de probib. feud. alienan.* per Federic. *colum. pen.*

(3) *Antigua coſtumbre,* Vide *leg. 6. tit. 13. lib. 3. ordin. rega.* & vide quæ dixi in iſta materia, *in leg. 6. tit. 25. 4. partit.*

(4) *Non pueden.* Hæc gratia exempli poſita ſunt: nam neque cudere monetam, neque alia regalia poſſunt, *ut in leg. 9. tit. 4. part. 5. & in cap. unico, quæ ſint regalia,* vide quæ tradit Paris de puteo, *in ſuo tractat. ſyndicatus, verſic. excedunt autem barones, colum. 2. verſic. advertendum,* & Lucas de Penna *in leg. publicam, C. de re milit. lib.* 12. ubi & notanter tradit, an iſta regalia poſsint con-

legitimar, nin fazer ley, (5) nin fuero nueuo, ſin otorgamiento del pueblo. E deuen vſar, en las otras coſas, de ſu poderio derechamente, en las tierras que ſon Señores, en aquella manera, que en las leyes de ſuſo diximos, que lo han de fazer los Emperadores, e los Reyes.

LEY XIII.

Quales ſon llamados Catanes, e Valuaſores, e Poteſtades. e Vicarios, e que poder han.

CAtanes, (1) e Valuaſſores, (2) ſon aquellos fijoſdalgo en Italia, a que dizen en Eſpaña Infançones. (3) E como quier que eſtos vengan antiguamente de buen linaje, e ayan grandes heredamientos, pero non ſon en cuenta deſtos grandes Señores, que de ſuſo diximos. E porende non pueden, nin deuen vſar de poder, nin de Señorio, (4) en las tierras que han, fueras ende en tanto, quanto les fuere otorgado por los priuillejos de los Emperadores, e de los Reyes. E Poteſtades llaman en Italia, a los que eſcogen por Regidores de las Villas, e de los grandes Caſtillos, e eſtos han poder de judgar, ſegund ley, o fuero, en aquellos logares, ſobre que ſon eſcogidos, e en aquellas coſas, e por tanto tiempo, como les fuere otorgado por los omes de aquel lugar, e non en mas. E Vicarios llaman aquellos Oficiales, que fincan por Adelantados en lugar de los Emperadores, e de los Reyes, e de los grandes Señores, en las Prouincias, e en los Condados, e en las grandes Villas, quando ellos non pueden y ſer perſonalmente: e eſtos Oficiales deuen vſar de aquel poderio, que los Señores, han, que los dexan en ſus logares, (5) fueras ende en aquello que les ellos defendieſſen ſeñaladamente, que non vſaſſen.

TI-

Concordat Lex 2. circa medium ibi: En lo que no tuviezen especial privilegio lib. 3. tit. 3. Recop.

concedi per Principem alicui duci, vel Comiti, & poſt longam diſputationem ſe reſolvit, quod aut transferuntur in comitem, & ejus hæredes in perpetuum, & non poteſt fieri, & eſt illicitum, aut ad tempus veluti in vita ipſius comitis, vel infra, & tunc ſi juſta cauſa, & expediens reipublicæ ſubeſt, valeat quod in hoc actum eſt: alias non.

(5) *Nin fazer ley.* Not. iſtam leg. expreſſe diſponentem, quod Duces, & cæteri domini non poſſunt condere legem, vel ſtatuta in eorum terris, ſine conſenſu populi: & ſi perpetui ſint contra ea, quæ notat. Bart. *in leg. 1. num. 1. in princip. ff. quod quiſque jur. & in repet. leg. omnes populi, colum. 3. num. 8. verſ. 4. quæro, ff. de juſt. & jur.* cogita tamen an hoc poſsit limitari, ut in concernentibus præjudicium aliorum hoc procedat, ſi tamen concernunt exercitium jurisdictionis ſuæ, & ſuper permiſsis, & non prohibitis a jure Regni poſsint juxta ea, quæ notant Innoc. & Abb. *in cap. fin. de offic. lega.* & Doctor. ubique & adverte hic dum dicit: *ſin otorgamiento del pueblo*, nam vult à contrario ſenſu, quod de conſenſu populi poſſent condere ſtatuta, & tunc judicandum erit, ac ſi ipſe populus ſtatueret juxta *leg. omnes populi, ff. de juſt. & jur.* & vide *ſupra part. 1. tit. de las leyes, leg.* 13. quæ incipit, *Emperador*, & quæ ibi dixi, & ex iſta leg. videtur, quod recte dixerit Angel. *in leg. imperium, col. 2. num. 7. ff. de juriſ. omn. judic verſ. ex prædictis etiam deciditur*, quia legem condere eſt de mero, & ſummo Imperio, quod non competit niſi ſoli Principi, *leg. non ambigitur, ff. de legib. §. ſed quod Principi inſtit. de jure nat. gent. & civil.* nam expenditur officio nobiliſsimo, & reſpicit principaliter publicam utilitatem, licet quidam dicant eſſet de juriſdictione, & male, ſecundum eum, unde infert, quod infeudatus de civitate, vel caſtro cum juriſdictione tamen non poterit condere ſtatuta, quod dicit eſſe not. dignum.

L E X XIII.

Qui in Italia capitanei, ſeu valvaſores, in Hiſpania dicuntur infançones hi minoris poteſtatis ſunt, quam alii magni domini, de quibus ſupra lege proxima, & in eorum terris ea poteſtate uti poſſunt, quę in conceſſionibus imperialibus, vel regalibus eis conceditur, poteſtates dicuntur judices magnorum locorum habentes poteſtatem judicandi, ſecundum leges, & forum in locis, & rebus, & temporibus ſibi aſsignatis, vicarii dicuntur, qui gerunt vices regum, vel Imperatorum, vel aliorum magnatum, qui facere poſſunt ea, quæ domini qui eos conſtituerunt, prohibitis ſibi tantum exceptis. Hoc dicit.

(1) *Catanes.* De his habetur *in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ.* vide S. Thom. *in opuſcul. de regim. princ. lib. 3. cap. fin.* ubi declarat qui ſunt iſti Catani, & dicit ibi S. Thom. quod catani ab univerſitate operum in Curia Principis, & ſtrenuitate ſuper alios ſimplices milites ſunt dicti, qui & proceres, quaſi ante alios præcedentes dicuntur, cata enim univerſale, quid græco nomine ſignificamus.

(2) *Valuaſores.* A valuis, quia deputati erant ad cuſtodiendum portas palatii regalis ſive imperialis, quos nos oſtiarios appellamus, vide eundem Thom. *in dict. cap. fin.*

(3) *Infançones.* De iſtis ibidem B. Thom. dicit, quod iſti ſunt nobiles, qui plus virtutis habent, quàm miles ſimplex, & ſunt aliquarum villarum, & caſtrorum domini, qui alicubi caſtellani dicuntur, & ſecundum eum dicti ſunt infançones: quia minus poſſunt inter alios Principes lædere, propter eorum impotentiam ſicut pueri ab infantia recedentes, ſi enim lædant ſubditos ſuos rebellant majoribus principibus adhærentes: & ſic perdunt dominium. Item neque potentiam habent majorum principum, ſicut neque puer reſpectu viri.

(4) *Nin de ſeñorio.* Nota hic pulchram leg. & caſum quem in regali cancellaria cum aliis judicibus habui de facto, in quadam lite, & cauſa uxoris Doctor. Fortunii de Arzilla quæ prætendebat dominium in certo oppido, & non oſtendebat ad hoc privilegium ſufficiens, ſed tantum quandam probationem per famam, quod ibi anteceſſores ſui habuerunt dominium, & non declarabatur in quo eſſet tale dominium.

(5) *En ſus logares.* Sed an occidens, vel percutiens, ſeu capiens vicere Regem, puniatur perinde ac ſi in ipſum Regem id feciſſet, & videtur, quod ſic, ut notat Bald. *in leg. ſed ſi hac, §. ſemper, ff. de in jus vocan.* ubi dicit, quod oſtendens vicarium Epiſcopi, puniri debet ac ſi offenderet Epiſcopum, allegat text. not. *in leg. oſſæ in fin. ff. de relig. & ſumpt. func.* & quod notat idem Bald. *in cap. ex litter. in fin. de offic. delega.* contra offendentem nuntium judicis, vel litteras judicis lacerantem, & de poteſtate vice Regis (de quo in iſta lege) adde Andr. de Iſer. *de probib. alien.* per Feder. *colum. 5. 6. & 7.* & Alex. *in rubric. de offic. ejus cui manda. eſt juriſ.* & Jaſon. *in leg. conventionem, ff. de pact. colum. fin.* & videtur, quod Vicarius Regis non poſsit extendere manus ad inſolita, ſ. quæ ipſe Rex non eſt ſolitus concedere, *argum. leg. qui peculii, ff. de pecul. & cap. quod tranſlationem, de offic. lega.* & fuit opin. aliquorum Doctor. in his terminis vice Regis, ut tradit Andr. de Iſer. *ubi ſupra*, quod ſaltim videtur procedere ſi ex hoc vice Rex diſponeret contra leges regni non ſolitas derogari: non enim eſt de veriſimili mente, Principis, quod hæc vel-

TITULO II.

Qual deue el Rey ſer, en conoſcer, e amar, e temer a Dios.

COnoſcimiento verdadero de Dios es la primera coſa que por derecho deue auer toda criatura, que ha entendimiento. E como quier que eſto perteneſce mucho a los omes, porque han razon, e entendimiento, entre todos ellos mayormente lo deuen auer los Emperadores, e los Reyes, e los otros grandes Señores, que han a mantener las tierras, e gouernar las gentes, con entendimiento de razon, e con derecho de juſticia. E porque eſtas coſas non podrian ellos auer ſin Dios, conuiene que le conoſcan, e conoſciendole, quel amen, e amandole, que le teman, e que le ſepan ſeruir, e loar. E porende, pues que en titulo ante deſte fablamos de los Emperadores, e de los Reyes, e de los grandes Señores, e por que ſon aſsi llamados, e por que conuino que fueſſen; queremos aqui dezir, como deue el Rey conoſcer a Dios. E por que razones. E otroſi como le deué amar, e temer, ſeruir, e loar. E en cada vna de las leyes deſte titulo diremos, el pro que yace en eſto, quando bien lo fiziere; e otroſi el daño, quando non lo fizieſſe aſsi.

LEY I.

Como el Rey deue conoſcer a Dios, e por que razones.

SEſo de ome non puede conoſcer, que coſa es Dios, complidamente (1) ſegund natura: pero el mayor conoſcimiento que del puede auer, es veyendo las ſus marauilloſas obras, (2) que fizo, e faze cada dia: ca por aquello pueden entender, que el es comienço, e medio, e fin de todas las coſas, e en quien ellas ſe encierran, e el las mantiene a cada vna, en aquel eſtado en que las ordeno, e todas han meneſter del, e el non dellas; e el puede mudar todas las coſas, cada ora que quiera, ſegund ſu voluntad; e eſto non puede auenir en el, que ſe mude, nin que ſe cambie en ninguna manera. E aun deue el Rey conoſcer a Dios por creencia, ſegund manda la Fe Catholica de Santa Egleſia, aſsi como ſe mueſtra en la primera Partida deſte libro. Ca ſi deſtas maneras non le conoſciere, non ſabra conoſcer a ſi miſmo, ni el nome que ha, nin el lugar que tiene, para fazer juſticia, e derecho.

LEY II.

Como, e por que razones deue amar a Dios el Rey.

BUeno non podria ſer el Rey, ſegund conuiene, ſi non amaſſe a Dios (1) ſobre todas las coſas del mundo, e ſeñaladamente por la grand bondad que es en el. Ca el ha en ſi complida franqueza, (2) e meſura, e piedad, e tan

Vela Dicen. 4. n. 6. pag. 33.

gran-

vellet ſub generali conceſsione committere, *argum. cap. fin. de offic. vicarii, lib. 6. & cap. in generali, de regul. jur. lib. 6.* imò, neque videtur, quod poſsit Rex iſtam ſupremam poteſtatem, & ſupremum imperium alii committerre, ut not. Bal. *in leg. 1. verſic. in initio, ff. de offic. præfect. urb.* faciunt quæ not. Bar. *in leg. prohibere, §. planè, in fin. ff. quod vi. aut clam.* ea enim quæ fiunt de plenitudine poteſtatis Principis, ſunt de ſummo imperio, ſeu ſuprema poteſtate, Bald. *in leg. eam quam, col. 8. C. de fideicommiſ.*

TITULUS II. QUALIS DEBET ESSE REX ERGA DEUM.

L E X I.

Senſus hominis à natura non poteſt perfecte cognoſcere, quid ſit Deus, & major cognitio, quæ de Deo haberi poteſt, & per creata, & cauſata ab eo, ex quibus cognoſcitur ipſum eſſe principium medium, & finem omnium rerum, in quo omnia continentur, omnia ſuſtentantur in ſtatu ab ipſo ordinato, omnia eo indigent, ipſe nullo, dat ipſe cuncta moveri, ille vero immobilis, Rex debet ultra iſtam cognitionem catholicam fide Deum cognoſcere, ſi ſic eum non cognoſcat, neque ſeipſum cognoſcet, neque nomen, neque locum quem habet ad juſtitiam faciendam. Hoc dicit.

(1) *Complidamente.* Dicebat Ariſtol. quod prima cauſa eſt ſuperior narratione, ideo deficiunt linguæ in ejus enarratione, nam rem quamlibet oſtendimus per cauſas: ſed Deus non habet cauſas, quia eſt prima cauſa cauſans, & non cauſatus, & ideo vere Deus monſtrari non poteſt, licet aliquando demonſtremus eum per creata, & cauſata ab eo: ſed hæc non eſt vera cognitio Abb. hæc *in cap. 1. colum. 2. de ſumm. Trinit. & fide catholic.* & dicit B. Gregor. 27. *lib. moralium, cap. 26.* homo qui ineffabilem Deum effari cupit ipſe ſuæ ignorantiæ anguſtia deglutitur, loquitur enim caro de ſpiritu: circunſcriptus ſpiritus de incircunſcripto, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de vivificante.

(2) *Obras.* Cœli enarrant gloriam Dei, Pſalm. 18. *verſ.* 1. & inviſibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, & ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas. Ad Romanos *cap.* 1.

L E X II.

Debet Rex diligere Deum ſuper omnia, propter ejus bonitatem, quia in Deo ſunt largitas, & pietas perfecte, dat enim omnibus affluenter ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: omnia facit ordine, & ratione, ut nihil ſuperfluum, nihil diminutum, omnia conſtituit ſub certo, numero pondere, & menſura, omnia creavit ſua bonitate, ſuſtentat ne pereant, parcit peccantibus ad eum converſis, & penitentibus, Rex debet etiam amare Deum propter maxima beneficia, quæ ab eo recipit dato, ab eo regno, ſi igitur dilexerit Rex Deum, & timuerit, erit verus Chriſtianus, & confidet in eo, & ei placita adimplere nitetur, & dabit ei Deus cognitionem, & timorem ſubditorum ut eum diligant, & timeant, & inſuper vitam æternam; Rege autem aliter agente omnia per contrarium ſuccedent, & propter honoris prærogativam, pœna ejus major erit, quàm alterius. Hoc dicit.

(1) *Si non amaſſe a Dios.* Habes hic, quod non eſt vera virtus ſine charitate, de quo vide per S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 24. *artic.* 7. ubi concludit ſic eſſe verum, ubi virtus accipitur ſimpliciter pro ut & illa, quæ ordinat ad principale bonum hominis, vel ſi accipiatur in quantum ordinatur ad aliquem particularem finem, qui non eſt verum bonum: ſed apparens, ſi vero illud particulare ſit verum bonum: ut conſervatio civitatis: vel aliquid hujuſmodi: erit tunc vera virtus, ſed imperfecta: niſi feratur ad finem, & perfectum bonum.

(2) *Complida franqueza.* Et ſicut non eſt momentum, quoquis bonitate, & miſericordia Dei non fruatur, ita nullum debet eſſè momentum, quo eum præſentem non habeat in memoria, ſecundum B. Ambroſ. *in lib. de dignitat. buman. natura.*